

rum, ita & ipsi Fratres gaudeant, & vti possint
 priuilegijs ipsarum Monialium que sub cura
 ipsorum sunt dumtaxat, & in spiritualibus ta-
 tum. Ex Compendio. num. 14.

F R A T R V M M I N O R V M P R I V I -
*legia quibus vtraq; familia scilicet Cismontana
 & Ultramontana communicat in priuilegijs.*

22 ¶ Innocentius 8. concessit, q̄ omnia indul-
 ta gratie ac priuilegia concessa & concedenda
 Fratibus familie Cismontane ceseantur etia
 concessa Ultramontanis, & e conuerso. Ex
 Comp. num. 8.

23 ¶ Julius. 2. concessit Fratibus Minoribus
 obseruantie Ultramontanis, hoc est Hispanis,
 Gallis, & Alemanis, q̄ omnibus indultis &
 priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus,
 gratiis, indulgentiis, & libertatibus familie
 Cismontane, concessis & in posterum conce-
 dendis vti potiri, & gaudere libere, & licite
 prorsus & absq; vlla differentia in omnibus,
 & per omnia valeant, perinde ac si illa omnia
 eidem familie Ultramontane nominatim ac
 specialiter & expresse concessa fuissent. Ex
 Compend. num. 11.

S I

¶ Idem